Quelle:
Copyright:



Authorem istorum Sermonum non esse Wolf-
„gangum Sagkium /: quem Ludov: Schönleben
Soccium appellat :/ circa annum 1513 Canon:
S. Stephani Viennae, (a) vel ex descriptore Ma-
„thia Katzpekh liquet, qui iam ao 1409 Ca-
„tholicon Joann: Januensis descripsit, ut
videre est supra Cod: XCIX. Alius autem
apud Eruditos Soccus nullus comparet; unde
procul dubio Soccios illos Sermones praeoccu-
„lis habemus, de quorum origine Carol: de Visch
in Bibl: Script: Ord: Cister: p: 299 haec dis-
„serit: " Soccii Sermones per anni circulum
" a quodam egregio, S. theologiae professore,
" ordinis cisterciensis, conventus in Marien-
" „rayd /: Mariae roda :/ prope Hildesheim
" conscripti fuerunt. Hic enim doctor /: ut
" habet praefatio ad dictos Sermones :/ crimes,
" „set ingenio clarus, et in Scriptura poten-
" „tes non in componendis Sermonibus expe-
" „ditissimus, indignum ducens talentum si-
" „bi a Deo praeditum, et infusam gratiam
" sine fructu perire, Sermones quosdam de
" tempore, et de Sanctis per anni circulum
" composuit. Verum quia humilis erat in-
" „genito quodam rubore devictus, eosdem
" Sermones quoad vixit non praesumpsit
" publicare. Moritur tandem in granda-
" „va aetate, et fratres ejus cellulam emun-
" „dantes, hos ipsos Sermones in Soccis
" seu Sotularibus ejus absconditos inveni-
" „entes, gavisi de tanto thesauro, eos pub-
" „licaverunt. At quia in Soccis inventi
" sunt, a re gesta Sermonibus nomen indi-
" derunt, et Sermones Soccios intitulaverunt."
sic: — Deinde eos incipere ait: "Causae a
mortuis ec:" quod utique de Sermonibus de

(a) Script: Univer: Vienn: Sec: II.